

Beiheft

2

S
7

1274 April 14 Asbeck.

[32]

Die Priorin in Asbeck gewährt dem Pfarrer in Legden zur Reise an die päpstliche Kurie (nach Lyon) ein Jahr Urlaub.

In nomine sancte et invide Trinitatis. B (oder S?) Dei gratia in Asbeke priorissa universis Christi fidelibus presentem cedulam inspecturis oraciones in Domino cum salute. Apud Deum rerum mutabilium cause non mutantur, que per lapsus temporum et per pravorum astuciam frequenter alterantur. Hinc est, quod singulis et singulariter universis presentibus et futuris cupimus notum esse, quod nos assensu benivolo Hugoni plebano de Leeden ad sedem apostolicam iter proponenti ad terminum anni unius licenciam deditimus, ut absens in tam honesto negocio sine contradictione redditibus sui beneficii gaudeat et fruatur. Si autem infra terminum prefixum non redierit et mors eius nobis et aliis ex veridica relacione nunciata fuerit, annum gracie pro salute anime sue conventui in Asbecke assignavit. Ne temporis prolixitas vel fallencium perversitas hoc factum pervertat vel inmutet, sigilli nostri munimine presentem cedulam decrevimus roborare. Datum in Asbecke anno Domini M°CC°LXX°III for sabbato ante Misericordia Domini.

Orig.; Siegel ab: T. IV §. 3 P. 19 Nr. 88v; hiernach Regest bei Wilmans III §. 491 Nr. 945.